



**[D. Erasmi Roterodami Epistola ad reverendiss.  
archiepiscopum ac cardinalem Moguntinum : qua  
commonefacit illius celsitudinem de causa doctoris Martini  
Lutheri]**

<https://hdl.handle.net/1874/353221>

5  
REVERENDIS.

IN CHRITO PATRI D. ALBERTO

Cardinali Archiepiscopo Marchioni et̄ Erasimus  
Roterodami Theol. Salutem.



EVERENDISSIME præ/  
sul, & idē illustrissime princeps,  
redditū est mihi celsitudinis tuæ  
munus, materia iuxta atq; opere  
uisendum & insigne, dignum q/  
dem quod a tali principe mittere/  
tur, sed haud scio an dignus Eras/  
mus ad quē mitteretur, quē magis cōuenit uitreis aut Sa/  
mijs/ q̄ auro celatis poculis bibere. Quod si calix utrius  
missus fuisset, tamen mihi inter ea q̄ maxime sunt in de/  
litijs/reponeretur, uel ob id ipsum/quod ab Heroe longe  
optimo profectus fuisset. Cōmendauit autem mihi non  
mediocriter munus per se gratissimū Huttenus noster, q  
docuit appellari poculum amoris, ceu gratijs sacrum, ob  
id opinor, q̄ cum uelut osculo sibi cōmittū, e duobus fiat  
unum. Adit eam inesse uim, ut qui ex his biberint, tena/  
cissima quadā beneuolētia conglutinentur. Huius rei pi/  
culum facere uolens, Reuerendissimo D. D. Gulielmo  
Cardinali de Croe/cum hisce diebus inuiseret bibliote/  
cam meā, e tuo poculo præbibi, & ille mihi uicissim. Iu/  
uenis est longe felicissimus, & cuius indoles nō uideatur  
indignat tanta felicitate, Sed doleo serius fuissē redditū,  
Nuper enim Theologi Louaniēses mecum redierant in  
gratiā, hac lege, ut illi cōpescerent obtretractrices linguas,

A ij

2  
quas excitassent, ego pergerē prohibere calamos meorū  
quantum esset in me. In eo cōiuiuo (nam hic nihil sacrū  
absq; potatione) produxissem tuū poculū, si mihi fuisset.  
Ex quo si bibissent singuli, fortasse felicioribus auspicijs  
coiisset nostra concordia. Nunc ex epistola qua/ parum  
bene intellecta, & peius interpretata, male facta gratia sic  
dissiliit, ut post breuem tranquillitatem/seuior etiā tempe-  
stas coorta uideretur. Nec dubito, quin hæc omnia gerā/  
tur artificio sathang, cui nihil inuisius ē Christianorū inter  
iplos cōcordia, eoq; modis omnibus conatē/ & uitā & stu-  
diorum tranquillitatē aliquo pacto turbare, idq; facit pie/  
tatis prætextu, quo magis etiam noceat. Qua de re si  
R. D. T. per negotiorum undas uacaret, sunt quæ mea  
referat illam scire, fortassis ipsius quoq; certe bonarum li-  
terarum interest, quibus æquum ē optimos quosq; aduer/  
sus pessimos fauere. Primum illud præfundum est, mihi  
neq; cum Reuchlini negotio, neq; cū Lutheri causā q̄c̄q;  
unquam fuisse. Cabula & Talmud, quicquid hoc est,  
meo animo nunquam arrisit. Conflictatiōes illæ uirulētē  
inter Reuchlinū & hos q̄ Iacobo Hochstrato fauebant,  
mihi maiorem in modum displicuerunt. Lutherus mihi  
tam ignotus est, quam qui ignotissimus, cuius libros nō/  
dum uacauit legere, nisi quod carptim degustari quædā.  
Si bene scripsit, nihil mihi debetur, sin secus, nihil ē quod  
mihi imputetur. Illud uideo, Vt quisq; uir est optimus,  
ita illius scriptis minime offendi, non quod probent oīa,  
opinor, sed quod hoc animo illum legant, q̄ nos legimus  
Cyprianum ac Hieronymum, imo etiam Petrum Lum/



bardum, nimirū ad multa conuientes. Libros Lutheri editos dolebam, Et cum cepissent primum ostendi libelli nescio qui, pro uiribus obstabam ne ederentur, præcipue ob hoc, quod uererer, ne quid tumultus ex his oriretur. Scripserat ad me Luther<sup>9</sup> epistolam bene Christianam, mea quidem sententia, & respondi, obiter admonens hominem, ne quid seditiosè, ne quid in Romanū pontificē, ne quid arrogantius aut iracundius scriberet, sed doctrinā euangelicam, animo sincero, cum omni mansuetudine prædicaret. Id feci ciuilitè, quo magis proficerem. Addidi hic esse qui illi fauerent, quo magis ad horum iudicium sese accommodaret. Hæc quidam stultissimi sic interpretati sunt, quasi Luthero fauerem, cum istorum nemo hominem adhuc monuerit, ipse solus admonui. Ego Lutheri nec accusator sum, nec patronus, nec reus. De spiritu hominis non ausim iudicare, (est enim difficillimum), præfertim in partem peiorem. Et tamē si illi fauerem ut uiro bono/ quod fatentur & hostes, si ut reo/ quod iuratis etiā iudicibus permittunt leges, si ut oppresso/ quod dicitur humanitas, si ut oppresso ab his, qui simulatæ prætextu deuotionis tendunt aduersus bonas literas, quæ tandem esset inuidia, modo ne causæ me admiscerem? Postremo, Christianum opinor, sic fauere Luthero, ut si innocēs est, nolim improborum factionibus opprimi, si errat, uelim sanari/ non perdi. Hoc enim magis congruit cum exemplo Christi, qui iuxta prophetæ testimonium/ linum fumigans non extinxit, neque baculum confractum con/

minuit. Optari peccat<sup>9</sup> illud, quod uidetur habere p̄claras qual-  
 dam scintillas euangelicæ doctrinæ, non opprimi, sed cor-  
 rectum/uocari ad prædicandam gloriam Christi. Nunc  
 Theologi quidam, quos ego noui, nec admonent nec docent  
 Lutherum, tantum insanis clamorib<sup>9</sup> apud populum tra-  
 ducunt hominem, & uirum sanctissimis & uirulentissimis obrecta-  
 tionib<sup>9</sup> lacerant, nihil habentes in ore, propter hæreses & hæreti-  
 cos. Negari non potest, hic clamatum fuisse apud populū  
 odiosissime ab ijs, qui libros Lutheri nondum uiderunt,  
 Compertum est, quosdam nominatim damnasse, quæ non  
 intellexerant. Quorum illud est unum, Lutherus scripse-  
 rat, nos non teneri ad confitendum peccata mortalia, nisi ma-  
 nifesta, sentiens manifesta, quæ nobis essent nota, Id qui-  
 dam Carmelita Theologus/sic interpretans/ quasi mani-  
 festa essent quæ palam essent admissa, uociferatus est mi-  
 ris modis in re non intellecta. Compertū, ab his damnata  
 ut hæretica in libris Lutheri, quæ in Bernardi & Augu-  
 stini libris ut orthodoxa/ imo ut pia leguntur.

Admonui eos initio, ut ab huiusmodi clamoribus tempe-  
 rant, sed scriptis potius & disputationibus rem agerent.  
 Primum, non esse publice damnandum, quod non esset le-  
 ctum, imo quod non expensum, non enim dicam/ non in-  
 intellectum. Deinde Theologis indecorum esse, quicquid  
 per tumultum agere, quorum iudicium oporteret esse gra-  
 uissimum. Postremo, non facile debacchandum in eum,  
 cuius uita probaretur ab omnibus. Denique, fortassis non  
 esse tutum attingere talia apud promiscuam multitudinē,



5  
in qua sunt multi/ quibus ualde displicet secretorum pec-  
catorum confessio, Hi si audiant, esse Theologos, q̄ negēt  
oportere cōfiteri omnia crimina, facile arripēt, ut cōcipiāt  
peruersam opinionē Cum hoc idē uideret cordatissimo  
cuiq̄, quod mihi uidebatur, tamen ex hac amica ad moni-  
tione conceperūt suspicionem, libros Lutheri magna ex  
parte meos esse, & Loranijs natos. cū in his nec apiculus  
ullus sit meus, aut me conscio aut uolente editus. Et ta-  
men hac falsissima suspitione freti, citra omnem exposi-  
tionem excitarūt hic multas tragœdias, q̄bus ego nihil  
adhuc in uita uidi furiosius. Ad hæc, cum Theologorū  
sit proprium docere, nunc uideo multos nihil aliud agere,  
nisi ut cogant, aut perdant & extinguant, cum Augusti-  
nus ne aduersus Donatistas quidem/ nō hæreticos modo  
uerum etiam sætissimos latrones, probet eos, qui cogant  
tantum/ non etiam doceant. Homines quos maxime de-  
cebat mansuetudo, nihil aliud sitire uidentur, quam huma-  
num sanguinem. Tantum in hoc inbiant, ut capiatur, ut p̄-  
datur Lutherus, At qui hoc est carnificē agere, nō Theo-  
logum. Si se magnos Theologos uolunt ostendere, con-  
uertant Iudeos, conuertant ad Christum/ a Christo alie-  
nos. Emendent publicos Christianorum mores, quibus  
nihil est corruptius, ne apud Turcas quidem. Quo pacto  
æquum est ut rapiatur ad pœnam, qui primum proposuit  
disputanda, de quibus in omnibus Theologorū scholis  
semper est disputatum, atq̄ etiam dubitatum? Cur affligi  
debet, qui cupit doceri? q̄ submittit se iudicio apostolicæ

6  
sedis: qui se committit iudicio uniuersitatum?  
Quod si se non credit manibus quorundā, qui illum mal/  
lent extinctum quam probum, mirum uideri non debet.  
Spectandi in primis sunt huius mali fontes. Mundus one/  
ratus est constitutionibus humanis, Oneratus est opinio/  
nionibus & dogmatibus scholasticis. Oneratus est tyran/  
nide fratrum mendicantium, qui cum sint satellites sedis  
Romanae, tamen eo potentiae ac multitudinis euadunt, ut  
ipsi Romano pontifici, atque ipsis adeo regibus sint for/  
midabiles. His, cum pro ipsis facit pontifex, plusquā de/  
us est. In his quae faciūt aduersus illorum commodum, nō  
plus valet quam somnium. Nō damno omnes, Sed plu/  
rimi sunt huius generis, qui ob quaestum ac tyrannidem/  
data opera illaqueant conscientias hominum, Ac perfri/  
cta fronte iam ceperant omissio Christo, nihil praedicare ni/  
si sua, noua, & subinde impudentiora dogmata. De indul/  
gentijs sic loquebantur, ut nec idiotae ferre possent. His  
& huiusmodi multis rebus, paulatim euanescebat uigor  
euangelicae doctrinae. Et futurum erat, ut rebus in deteri/  
us semper prolabantibus, tandem prorsus extingueretur  
illa scintilla Christianae pietatis, unde redaccēdi poterat ex/  
tincta charitas. Ad cerimonias plusquam Iudaicas/  
sum/  
ma religionis uergebat. Haec suspirant & deplorant boni  
uiri. Haec ipsi etiam Theologi non monachi, & monachi  
quidam in priuatis colloquijs fatētur. Haec (opinor) mo/  
uerunt animum Lutheri, ut primum auderet se quorun/  
dam intolerabili impudentiae opponere, Quid enim aliud



7  
suspicer de eo, q̄ nec honores ambit, nec pecuniam cupit.  
De articulis quos obiiciunt Luthero, in præsentia nõ di/  
sputo, tantum de modo & occasione disputo. Ausus est  
Luther<sup>9</sup> de indulgentiis dubitare, sed de quib<sup>9</sup> alij pri<sup>9</sup> ni/  
mis impudẽter asseuerarant. Ausus est moderatius loq̄ de  
potestate Romani Põtificis, sed de qua isti nimis immo/  
derate prius scripserant quorũ præcipui sunt tres p̄dicato  
res, Aluar<sup>9</sup>, Syluester, & Cardinalis. S. Sixti. Ausus  
est Thomę decreta contemnere, sed quæ prædicatores pe  
ne præferunt euangelijs Ausus est in materia confessio/  
nis scrupulos aliquot discutere, sed in qua monachi sine  
fine illaqueant hominum conscientias Ausus est ex par/  
te negligere scholastica decreta, sed qb<sup>9</sup> ipsi nimis tribuunt,  
& in quibus nihilo minus inter se dissentiunt, postremo, q̄  
subinde mutant, ueteribus recissis inducentes noua. Di/  
seruciabat hoc pijs m̄tes, cum audirent in scholis nullum  
fere sermonem de doctrina euangelica, sacros illos et ab ec  
clesia iam olim probatos authores haberi pro antiquatis.  
Imo in sacris concionibus, minimum audiri de Christo.  
de potestate pontificis/de opinionibus recentiu<sup>9</sup> fere o/  
mnia. Totam orationem iam palam quæstum, ambitio  
nem, & fucum præferre. His imputandum opinor, e/  
tiam si quę intemperantius scripsit Lutherus. Quisquis  
fauet euangelicæ doctrinæ, is fauet Romano pontifici,  
qui huius primus est præco, cum cæteri episcopi sint eius/  
dem præcones Omnes episcopi Christi uices gerunt, sed  
inter hos excellit Romanus pontifex. De eo sic sentien/  
dum, ẽ quod nulli rei magis fauet quã gloriæ Christi, cu  
ius se ministrum esse gloriatur. De hoc pessime meren  
B



8  
tur, qui per adulationem illi tribuunt, quod nec ipse agno-  
scit, nec expedit gregi Christiano. Et tamen qui motus  
has tragedias, non faciunt studio pontificis, sed huius po-  
testate ad finem quaestum suamque tyrannidem abutun-  
tur. Habemus (ut arbitror) pontificem piū. Sed in tan-  
tis rerum fluctibus, plurima sunt quae ille ignorat, Quae-  
dam etiam si uelit, nō potest obtinere. sed (ut inquit Ma-  
ro) Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Huius  
igitur pietatem adiuvat, qui exhortatur ad ea, quae maxi-  
me Christo digna sunt. Obscurum non est, esse qui illi-  
us sanctitatem incitent aduersus Lutherum, imo aduer-  
sus omnes, qui audent aduersus illorum dogmata mutire.  
Sed maximis principibus magis spectandum, quid uelit  
perpetua uolūtas pontificis, quam obsequiū improbitate  
extortum. Iam quales sint authores huius tumultus, pos-  
sem uerissime demonstrare, nisi metuerem, ne dū ueridic-  
us esse pergo uidear maledicus. Multos noui familiari-  
ter, Multi quales sint, editis libris declararunt, nec in ullo  
speculo magis relucet imago mentis ac uitae. Atque utinam  
isti qui sumunt sibi censoria uirgulam, qua quos uelint  
eiciant de senatu christianorum penitus imbibissent do-  
ctrinam & affectū Christi, Ea non contingit nisi animis  
ab omniū cupiditatū huius mūdi sorde defecatis. An isti  
tales sint, id mox experietur quae cū illis agat de re, quae ad quaestū  
aut gloriā, aut uindictā eorū pertineat. Utinā possem in-  
sinuare animo celsitudinis tuae, quae super his rebus & perspe-  
cta habeo & cōperta. Nam me decet meminisse mode-  
stiae christianae. Haec eo liberius dico, quod modis omnibus san-  
ctae Reuchlini Lutherique causa alienissimus. Nec enim ipse

9  
uelim eiusmodi scribere. Nec eam doctrinā mihi arrego,  
ut ab alijs scripta uelim tueri. Sed mihi non tēpero, quisi  
illud mysteriū apiam, istos lōge alio tendere q̄ ore p̄ se fe  
rant, Iampridem male habet eos efflorescere bonas lite  
ras, efflorescere linguas, reuiuiscere ueteres authores, q̄s  
antehac exedebāt tinea puluere optos, mundū ad fontes  
ipsos reuocari. Timent suis lacumis. Nolūt uideri quicq̄  
nescire. Metuūt ne quid maiestati ipsorum decedat. Hoc  
hulcus cū diu presserint, nup̄ tñ erupit, dolore uincētī dīf  
simulatōem, Anteq̄ exirent libri Lutheri, iā magis stu  
dijs hoc agebāt, maxime p̄dicatores & carmelite, q̄rū uti  
nam plurimi nō essent sceleratiores quā indocti Vbi libri  
Lutheri prodīssent, uelut ansam nacti, ceperūt linguarū,  
bonarum literarū, Capriōnis / ac Lutheri, imo & meā  
causam eodem falce complecti. nō solum male offerentes  
uerum etiā male diuidentes. Primū em̄, quid rei studijs  
cum fidei negotio? Deinde, quid mihi cū causa Caprio  
nis & Lutheri? Sed hęc arte cōmiscuerunt, ut comuni  
inuidia degrauarēt omnes bonarū literarū cultores. Por  
ro rē non sincero aīo geri, uel ex hoc licet cōjcere, Cū  
ipsi fateantur nullū esse neq̄ ueterum neq̄ recentīū scri  
ptorum, in q̄ non reperiātur errores, etiam hereticū factu  
ri si quis defendat pertinaciter. cur ceteris omissis, in unū  
tantum aut alterum inquirunt tam odiose? Non infician  
tur in multis errasse Aluarum, in multis Cardinalē sancti  
Sixti, in multis Syluestrum Prieratem. De his nulla  
mentio quia predicatorum sunt. In unum Capriōnem  
clamatur, quia linguas callet. In Lutherum, quem isti  
putant nostris literis predictum, cū eas tenuiter attigerit.



Multa scripsit Luther<sup>9</sup>, imprudēter magis ꝓ impie. Quo-  
 rum hoc istos habet pessime, quod Thomæ nō multum  
 tribuit, q̄ minuit quæstū ueniarū, q̄ ordinibus mēdicātū  
 parum tribuit, q̄ scholasticis dogmatis nō tantū dē defert  
 ꝓtū euangelijs, q̄ negligit humanas disputatorꝝ arguti/  
 as Hæ nimirū sunt hæreses intolerabiles. Sed his dissimu/  
 latis, prætexunt inuidiosa apud pontificē, homines tm̄ ad  
 nocēdū & concordēs & callidi, Olim etiā reuerēter au/  
 diebatur hæreticus, & absoluebatur si satisfaciebat. Sin cō/  
 uictus perstitisset, extrema pœna erat non admitteba/  
 tur ad catholicam & ecclesiasticam cōmunionē. Nūc alia  
 res est hæreseos crimē. Et tamē ob quālibet leuē causam  
 hoc statim habēt in ore, hæresis est, hæresis ē Olim Hære/  
 ticus habebatur, q̄ dissentiebat ab euangelijs, ab articulis  
 fidei, aut ijs, q̄ cū his parē obtinerent autoritatē. Nunc  
 si quis usq̄ dissentiat a Thoma, uocatur hæreticus, imo si  
 quis a cōmenticia ratione, quam heri sophista quispiā in  
 scholis cōmentus ē. Quicquid nō placet, quicquid nō intel/  
 ligunt, hæresis est. Græce scire, hæresis est. Expolite lo/  
 qui, hæresis est. Fateor graue crimē esse uitiatæ fidei, sed  
 non oportet quiduis trahere in quæstionem fidei. Et qui  
 tractant fidei negotiū, debent ab omni specie ambitionis,  
 quæstus, aut odij, uindictæq̄ procul abesse. At quid isti ꝓ  
 se ferant, quo tendant, quis est, q̄ nō uideat? Quorꝝ cupidi/  
 tati, si semel licētiae frena laxentur, passim incipiēt sæuire  
 in optimi cuiusq̄ caput. Postremo minitabūtur ipsis epi/  
 scopis, atq̄ ipsi etiā Romano pontifici. Quod nō recusa/  
 bo, quo minus falsum uideatur, nisi iam a quibusdā fieri  
 uidemus quid ausit ordo pædicatorum, ut, ne quid aliud

adferam, Hieronymus Sauronella, & Bernense facinus  
admonere nos debet Non renouo ordinis infamiam, sed  
admoneo quid sit cauēdum, si illis successerit, quicquid te  
mere tentarint. Quicquid adhuc diximus extra causam  
Lutheri est. de modo tm̄ ac periculo disputam°. Causam  
Capnionis Romanus pontifex ad se recepit. Lutherine/  
gotium delegatū est Academijs. Quicquid hi pronūtia/  
bunt, citra meū periculum fuerit. Ego semp̄ caui, ne quid  
scriberem obsceni, ne quid seditiose, ne quid alienū a do/  
ctrina Christi. Nec unq̄ sciens ero uel magister erroris/  
uel author tumultus, omnia passurus citius / q̄ seditiōnē  
excitaturus. Hęc tamē certis de caussis uolebā esse nota  
R. D. T. non ut illi consulam, aut præeam, sed ut si co/  
nentur aduersarij bonarū literarū abuti prætextu digni/  
tatis tuæ, certius possit hisce de rebus quod optimū sit sta/  
tuere; q̄ mea sententia/quo magis abstinebit, ab hac caus/  
sa hoc rectius consulēt tuæ tranquillitati, Methodum celsi/  
tudini tuæ dicatam recognoui & authario non mediocri  
locupletauī. R. D. T. incolumem, ac florentem ineter/  
num seruet Christus Optimus Maximus. Louanij deci/  
mo quarto Calendas Nouembris. B iij



12  
EPISTOLA ERASMI AD LUTHE-  
rum R. P. Martino . Luthero, S. D.

Rater in CHRISTO charissime, episto-  
la tua mihi fuit gratissima, & ingenij argu-  
tiam præ se ferens, & animū spirans Chri-  
stianum. Nullo sermone consequi queam,  
quas tragedias hic excitarint tui libelli, ne adhuc quidē  
exanimis istorū reuelli potest falsissima suspicio, qua pu-  
tant tuas lucubrationes meis auxilijs eē scriptas, meq; hu-  
ius factionis, ut uocant, uexilliferū esse. Existimabant q-  
dam sibi datam ansam, qua & bonas literas opprimerent,  
quas capitaliter oderūt, uelut offecturas maiestati Theo-  
logicae, quā multo pluris faciūt quam CHRISTVM,  
simulq; me, quē arbitrātur ad excitāda studia nōnihil ad-  
ferre momēti. Tota res uociferationib<sup>9</sup> est acta, temerita-  
te, strophis, obrectatiōib<sup>9</sup>, sycophātijs, ut ni praesens hęc  
spectāsem, imo sensissem, nulli unquā auctori fuerim cre-  
diturus sic insanire Theologos, pestē fatale esse dices.  
Et tamē huius mali uirus a paucis ortū, in plures serpsit,  
adeo ut magna pars huius Academiae nō in frequētis, ei-  
us morbi cōragio lymphata ferretur. Testatus sum te mi-  
hi ignotissimū esse libros tuos nondū eē lectos, proinde  
nec improbare quicquā, nec pbare. Tantū admonui, ne  
libris tuis nondum lectis ad populū tam odiose uociferarē-  
tur, id ipsorū referre, quorū iudiciū oporteret esse grauiss-  
simum. Quin & illud perpēderēt, an expediret ea traduci  
apud plebem promiscuā, quæ rectius libris aeditis refelle-  
rentur, aut inter eruditos disputarētur, praesertim cū uno  
ore uita auctoris praedicaretur. Nihil pfectū ē, huc usq;  
insaniunt obliquis imo famosis suis disputatiōibus. Quo-  
ties inter nos de pace cōuenit? q̄ties illi ex temere cōcep-  
ta suspiciuncula, novos tumultus excitarunt? Et hij cum  
huiusmodi factis Theologi sibi uidētur. Est hoc hominū  
genus hic aulicis fere inuisum, qd ipsum mihi quoq; im-

putant. Episcopos oēs habeo mihi fauētissimos, libris nū-  
 hil fidūt. In solis sycophātijs uictoriæ spes illis sita est, eas  
 ego cōtemno, recti cōsciētia fretus. In te reddūtur aliquā  
 to mitiores. Meū calamū fortasse timēt, sibi male conscij.  
 q̄s ego sane suis pingerem coloribus, ut digni sunt, nisi me  
 CHRISTI rum doctrina, tū exēplū alio uocaret. Im-  
 manes feræ māsuēscunt officijs, isti benefactis efferātur.  
 Habes in Anglia q̄ de tuis scriptis optie sentiant, & sunt  
 hīj maximi. Sunt & hic, quorū est eximi⁹ quidā, q̄ tuis fa-  
 uent. Ego me q̄ad licet, integrū seruo, q̄ magis pro sim bo-  
 nis literis reflorescētib⁹. Et mihi uidetur plus pfici ciuili  
 modestia q̄ impetū. Sic CHRISTVS orbem in suā  
 ditionē perduxit, sic Paulus Iudaicā legē abrogauit, oīa  
 trahēs ad allegoriā. Magis expedit clamare in eos q̄ pon-  
 tificū authoritate abutūtur, q̄ in ipsos pōtifices, Idem de  
 regib⁹ faciendū cēleo. Scholæ nō tam aspēnādæ sunt, q̄  
 ad studia magis sobria reuocandę. Dereb⁹ receptoribus,  
 q̄ ut subito possint ex animis reuelli, disputādū ē argumē-  
 tis densis & efficacibus potius q̄ asseuerādum. Quorūdā  
 uirulētās cōtentiones magis cōducit cōtemnere q̄ refelle-  
 re. Vbiq̄ cauēdū ne qd̄ arrogāter aut factiose loquamur,  
 faciam⁹ ue, sic arbitror gratū esse spiritui CHRISTI.  
 Interea seruādū anim⁹, ne uel ira, uel odio, uel gloria cor-  
 rūpatur, nam hæc in medio pietatis studio solet insidiari.  
 Hæc nō admono ut facias, sed ut qd̄ facis ppetuo facias.  
 Degustauī cōmentarios tuos in Psalmos, uehēmēter ar-  
 rident & spero, magnā utilitatē allaturos. Est Antuer-  
 piæ Prior ei⁹ monasterij, uir pure Christian⁹, q̄ te unice  
 deamat, tuus olim discipulus, ut p̄dicat, Is oim pene solus  
 CHRISTVM p̄dicat Cæteri uero aut hominū fabu-  
 las aut suum quæstū p̄dicant. Melanchthoni scripsi. Dñs  
 IESVS tibi suū spiritū indies uberi⁹ impartiat ad ipsi-  
 us gloriā, & publicā utilitatē. Cum hæc scriberē tua epi-  
 stola ad manū non erat. Vale. Louanij. Tertio Calen-  
 Iunias. AN. M. D. XIX. Impressum Colonia.



